

W  
7725

III, 16.

216.

III, 16.

DE  
SVMMIS. SERENISSIMAE. GENTIS. ERNESTINAE  
IN. REM. ALTENBURGENSIVM. SCHOLASTICAM  
MERITIS  
P R O G R A M M A . V I H I

QVO  
SERENISSIMI. PRINCIPIS. AC. DOMINI  
DOMINI  
**FRIDERICI. III**  
DVCIS. SAXONIAE  
IVLIACI. CLIVIAE. MONTIVM. ANGRIAЕ. ET. WESTPHALIAЕ  
LANDGRAVII. THVRINGIAЕ. MARCHIONIS. MISNIAЕ. PRINCIPIS. COMITIS. HENNE  
BERGAE. COMITIS. MARCAЕ. ET. RAVENSBERGAE. DYNASTAE  
RAVENSTEINII. ET. TONNAE  
PRINCIPIS. AC. PATRIS. PATRIAЕ  
LONGE. CLEMENTISSIMI. OPTIMI  
**NATALIS. EXOPTATISSIMVS**

D. VII. KAL. MAI. 16CCLVII. RECVRENS  
GRAS. AVDITA. POST. MERIDIEM. HORA. IIII  
IN. ILLVSTRI. FRIDERICIANO. GYMNASIO  
IVSTAЕ. IN. DEVМ. AC. PRINCIPEM. PIETATI. CONVENIENTER

CELEBRANDVS. INDICITVR

ET. SIMVL

PERILLVSTRES. EXCELLENTISSIMI. ATQVE. AMPLISSIMI  
AVLAE. ATQVE. VRBIS. PROCERES

MAECENATES. MAXIMI

CVRATORES. GYMNASIL. SPECTATISSIMI. GRAVISSIMI  
RELIQVI. REL. SCHOLASTICAE. PATRONI. ET. FAVTORES  
O. O. HONORATISSIMI. AC. DOCTISSIMI

VT. DVOS

EQUESTRIS. ORDINIS. VERA. MENTIS. NOBILITATE. INSIGNES

ET. TRES

ORDINIS. CIVICI. INGENIO. AC. PROBITATE. COMMENDABILES  
IUVENES

PUBLICE. DICTVROS

INDVLGENTER. AC. BENEVOLE. AVDIRE. VELINT

DEMISSE. AC. DECENTER. ORANTVR

M. IOANNE. GOTTFRIDO. MOERLINO

ILL. FRIDERICIANI. GYMNASIL. DIRECTORE

LATINAЕ. IENENSIVM. SOCIETATIS. COLLEGA. HONORARIO



ALTENBURGI. EX. OFFICINA. RICHTERIA



Si vñquam Paulini illius praecepti (\*) memores, in precibus ad DEV M pro Principib⁹ omnibusque magistratibus fundendis toti esse debuimus, nunc fane debemus esse, in ea referuati tempora, quibus, nisi ipse REGVM REX O. M. communem Germanorum patriam recipiat, pacemque poſcentes clemens audiāt, grauiſſima omnes pericula circumſtant. Merito igitur diuinam grati ac venerabundi praedicanus prouidentiam, que nos in confinio publicae calamitatis poſitos adhuc intactos feruauit, alumnasque pacis, ingenuas artes, in otio inconcuſſo tractare atque imperturbata tranquillitate frui paffa est, et, quod optabilium omnium est laetiſſimum, nobis fauiliſſimi omniis inſlar *item VII. Kalend. Maii, SERENISSIMI PRINCIPIS ac DOMINI DOMINI F R I D E R I C I. III. DVCIS SAXONIAE* IVLIA CI LIVIA MONTIV ANGRIA ET WESTPHALIAE LANDGRAFII THVRINGIAE MARCHIONIS MISNIAE PRINCIPIS COMITIS HENNEBERGAE COMITIS MARCAE ET RAVENSBURGAE DYNASTAE RAVENSTEINIL AC TONNAE PRINCIPIS NOSTRI DOMINI ET PATRIS P A T R I A E L O N G E C L E M E N T I S S I M I O P T I M I N A T A E M AVSPICATI S M V felici fidere reducem, non tantum vorotorum ante hunc annum efficaciter faſtorum testem confituit, sed spem etiam iniicit, eorum, quae hodie piis precibus petutri ſumus, obtinendorum, faepiusque lucem hanc cum vniuerſa patria in illuſtri Fridericiano Gymnaſio inter gratulatiōes ac vota celebrandi. Hac coeleſti gratiae fiducia confirmarus, nunc ad ea, quae de Summis SERENISSIMAE GENTIS ERNESTINAE in rem Altenburgenſium ſcholaſticam meritis haſ anniueraſia follemitate ſcribere iſtitui continua progređior.

Non fruita ſperaui fore, vt continga mihi notitia eorum, qui iis temporibus, quibus rei ſcholaſticas quaedam vel mutationes vel accessiones factae sunt, Inſpectores exſliterunt. Reſpondit ſpeſ *Senatus Ampliſſimi*, quam gratus veneror, benevolentia. Communicarūt eft mecum liber antiquitate ſua aetimabilis, qui inſcritbitur. *Bürgerbuch des Raeths zu Altdenbourg, dorinnen alle Burger, wenn, vnd zu welcher Zeit, ein jeder ſein Bürgerrecht alther erlanget vnd bekommen, verzeichnet wurden. Aufgegangen Freitags nach Egidi. Ao. dñi XVC XII. Aus demn Stadtbuchern gezogen, in quo non tantum ſingulorum qui ciuitatem conſecuti ſunt, ſed Conſulum etiam ac Senatorum continua annorum ſerie reſcriptis Principum comprobatorum nomina continentur.* Parum abſuit, quin

(\*) I. Tim. II. 2.

anno

anno clo lo XXIX quo dedicatio scholae facta est, alios, quam superiori programmati a me indicatos, in Senatu fuisse, opinatus fuerim, praefertum cum alia huic anno adscripta nomina intellexerim; sed recte se res habet, tunc enim annu magistratus Bartholomei, i. e. IX. Kal. Septembr. die adhuc terminabantur, postero demum anno XXX in proximum a Purificationis Mariae festo diem dominicum IO ANNIS ELECTORIS, confusu translati, cuius rei fidem faciunt litterae, Principis autoritate a Consiliariis eius Torgauis missae: *Nach dehme Ihr auch der Raeth in euerm Schreiben das Ihr aus etzlichen Vrsachen, die ihr uns angezeigt vnd mit bewilligung den eingang vnd sitz des Raeths zu verrucken bedacht, also dieueil hirvor ein Raeth allewge vmb Bartholomei eingegangen, das er hinforder jherlich auf den Sonntag nach Purificationis Marie angehen vnd das also der izige konftige Neuer Raeth, auf Sonntag nechst nach Bartholomei anfordet ein ganz Ihr aus Regieren, vnd nach ausgang desfelben Ihars wieder bis vff den sonntag nach Purificationis Marie im Regiment bleiben solle, und also bis vff Sonntag nach Purificationis im XXXII Thare erß wiederum ein Neuer Raeth, vnd fender also von Thar zu Thar bestiget würde. Als haben wir in dehme Euer des Raeths bitte vnd die Vrsachen dazu bewegenden angethen: Vnd thun an stadt Hochgenantts unsers gnedigsten Herrn solches hirmit bewilligen, das es deremassen hinforder wie obvermelte solle gehalten werden.*

Praefectorum Amplissimum etiam in obetunda cura rei scholasticae primus quendam partes fuerint, equidem fateor inueligare non contigisse, vereor que, vt certi quidquam definiri possit, cum ante hos circiter tringinta annos ipsum praetorium cum maxima chartarum verustarum parte incendio sit absuntum, Reuerendissimus autem Confessus Ecclesiasticus, ex cuius tabulario defectus ille supplendus estet, dedicatae scholae anno nondum exsisterit. Quodsi tamen conjecturae locus estet, non omnino improbabili ratione aitement amplecti posse sententiam mihi viderer, ex iis, quae in faepius a me laudato Foersteriana industriae monumento exstant: *Als der Cantor althier Paul Köhler gestorben, hat der Rath den Cantor zu Rochlitz Balthasar Thammen auf recommendation des Hauptmanns dafelß Heinrichs von Bünau haben wollen, D.E.R. SCHOESSER aber Elias Nandelfstadt hat seinen Bruder den Cantor zu Arnstadt haben wollen, nisi in tabula Cantorum seruum exhibente, et in ipso Foersteri manu scripto volumine Nandelfadius ante ipsum Kochlerum estet positus.*

Dolebam superiori anno IOANNIS HAVMBVRGI postea HAMERICI dicti inter Rectores scholae mentionem faciens, tacitus mecum, de viro per totos fere XL annos de iuuentute praeclarissime merito memoriae prodita ne quidem quatuor integros versus efficeret, nunc plura me de eo adferre posse, eo impensis gaudeo, quo certiora ex eo tempore a Celeberrima LOEBERORVM gente sum edocetus, quae ab ipso hoc praeantissimo viro maternum genu deducit. Ienae natus optimarumque artium studii exculus, per totum quinquevnum SERE NISSIMORVM PRINCIPIVM IOANNIS WILHELMI FRIDE RICI WILHELMI et IOANNIS munificentia sustentatus est et ad iuuentum bene instituendum quasi praeformatus. Iuuar ipius ex dedicatoria ad Illustrissimum Princepem IOANNEM ERNSTVM IOANNIS. Filium epistola, Quæctionibus Dialeticis praemissa, verba adiudice: *Tuae Celsitudini Illustri et Generosi. Princeps has lucubrationes meas Dialeticas inscribere ac dedicare, inquit tuam fidem et patrocinium commendare, aequissimum duxi, ut has dedicatione aliquam grati animi significationem edere pro beneficiis, quae ab ILLVSTRISSIMIS ET PIENTISSIMIS PRINCIPIBVS AC DOMINIS. D. IOANNE. WILHELMO. AVO. TVO. D. FRIDERICO. WIL HELMO. ELECTORATVS SAXONICI ADMINISTRATO RE. PATRVO. ET. D. IOANNE. PATRE. DVCIB. SAXONIAE. DOMINIS. MEIS. CLEMENTISSIMIS. studia mea in Academia Jenensi per totum quinquevnum foventibus ac sustentantibus amplissima et plane paterna accepit. Cum dedicatio haec scripta sit Non. Febr. anni clo lXXVIII, Hamericus autem in ea testetur, se iam ultra viginti duos annos in Altenburgensi schola constitutum docendique munere functum esse, lubens errorē expungo, in quem per schedas, quae ad manus fuerint, inductus, annum suscepit muneris scholastici ante indicaueram fuisse clo lXXIV, qui fuit LXXV, vnde etiam alijs error, in quem per easdem schedas incideram, corrigendus veniet, in designando anno, quo Ioannes Piscatorius lenam Altenburgo discessit, admissus, ita, vt pro anno septuagésimo tertio quintus reponatur. Neque vero docendo tan- tum, sed scribendo etiam iuuenibus discendi cupidis Hamericus profuit. Edi- dit*

dit enim anno 1510 XCVIII *Quæstiones Dialeticas*, multa perspicuitate commendabiles, sua D. Balth. Mulleri Sacrorum Antifititis, et M. Abr. Langii DV CIS IOANNIS a facris concionibus, quarum editio secunda Witebergae ex officina Cratoniiana 1510 CIV prodiit: *Quæstionum rhetoriarum Libros duos pro schola Altenburgensi 1510 CII*, eiusdem Balth. Mulleri consilio, quibus accelerunt duas M. T. Ciceronis Orationes, altera pro A. Licinio Archia, Poeta, altera pro M. Marcello, cum argumentis et oeconomicis, in quibus concinnandis Aristorelem, Ciceronem, Quintilianum, et ex recentioribus praefantissimos dicens magistros laudabili et feliciter securus est, cuius libelli tercia editio, quae ad manum est, Halae Saxonum typis Petri Fabri, impensis Michaëlis Oelchlegelii anno 1510 CXIII prodiit: *De Figuris Grammaticis libellum* iisdem typis et impensis, quibus *Quæstiones rhetoricae* fuerant procuratae. Reliquum filium IOANNEM HAMERICUM Grammateam, sic Apuleius vocat, qui nobis Stadt-schreiber dicitur, Altenburgensem, cui natales debuerunt IOANNES BAR THOLOMAEVS HAMERICVS, postea BARO de GÜLDENCRON Dotarium praediorum Regiae Viduae Capitanus in Suecia, FRIDERICVS HENRICVS HAMERICVS artis salutaris Doctor reique navalis apud Hafnienses Medicus, et MAGDALENA CATHARINA. Maxime Reuerendo viro HENRICO, IV LIO BRAGERO. Sacrorum apud Ronneburgenes Antifiti nupta, per quam supra iam a me laudata LOEBERORVM gens Amplissima propagata est.

Sed hæc hætenuis. Sequitur, ut illud iam agam, quod ad selficationem deuotissimæ pietatis nostræ pertinet. Actus oratorius sollempnis indicendum est, tanto religiosius a nobis obcedunt, quanto certiores esse possumus, eorum, quæ PRINCIPVM OPTIMO expetimus, in nos omnes vberrimos redundare fructus. DEVVM supplices implorabimus, vt SERENISSIMO. FRI

### DERICO. III. PATRI. PATRIAE. LONGE. CLEMEN

TISSIMO longacuitatem ac salutem, exoptatos saluberrimorum consiliorum successus omnianque vndique pacata tribuat, vt SERENISSIMAM. CON  
IVGEM. HEREDEM. FILIVM. CETEROS. LIBEROS. SERE  
NISSIMOS ferent omnibusque in vita expetendis bonis cumulet, vt pacem denique auream largiatur. Interpretes pietatis nostræ CRAS. AVDITÆ. POST  
MERIDIEM. HORA. IIII. IN. ILL. FRIDERICIANO. GTMNA  
SIO prodituri sunt duo Generofissimi virtutibusque Equeſtrem dignitatem ornantibus maxime conspicu optimamque de ſe ſpem facientes iuuenes DN. CAROLVS  
ALEXANDER BOSE Breitengenſis, Eques Mijnicus et DN. CHRISTOPHORVS  
WILHELMVS. LODOVICVS de ROEDER. Poehlenſis, Eques Variſcus ac post hos tres probitate, ingenio ac modestia infuges ordinis Ciuii iuuenes CHRISTIA  
NVS. GOTTFRIDVS. HEVBNER. Altenburgensis. GOTTFRIDVS. FRAN  
CKE. Smoellenſis, et GOTTFRIDVS. WINCKLER. Glauchenſis, quos vt PER  
ILLVSTRÆ EXCELLENTISSIMI AMPLISSIMI AVLAE AT  
QUE VRBIS. HVIVS. PROCERES. MECAENATES. MAXIMI  
CVRATORES. GYMNASI. GRAVISSIMI. RELIQVL REI  
SCHOLASTICÆ. PATRONI. ET. FAVTORES. O. O. HONO  
RATISSIMI. AC. DOCTISSIMI indulgenter ac benebole audire velint,  
demissæ decenterque rogo.

DN. CHRISTOPHORVS. WILHELMVS. LODOVICVS de ROEDER  
Natalem SERENISSIMI. PRINCIPIS, ſi unquam alias, nunc  
jane inter pias congratulationes et preces religioſissime colendum effe ostendet  
Carmine Gallico.

DN. CAROLVS. ALEXANDER BOSE. Tutelarem DEI prouidentiam praedicabit Oratione Germanica.

CHRISTIANVS. GOTTFRIDVS. HEVBNER. SERENISSIMAE  
DOMVS. SAXONICÆ in religionem christianam merita canet  
Carmine Latino.

GOTTFRIDVS. FRANCKE. Personas Principum inviolabiles canet Carmine Germanico.

GOTTFRIDVS. WINCKLER. Tranquillitatem rei sacrae et litterariae in  
terris FRIDERICIANIS laudabit Oratione Latina.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt  
urn:nbn:de:gbv:3:1-731655-p0006-3

*Wf 1725. 40*

*UDR*

ULB Halle  
006 753 418

3





DE  
SVMMIS. SERENISSIMAE. GENTIS. ERNESTINAE  
IN. REM. ALTENBURGENSIVM. SCHOLASTICAM  
MERITIS  
*PROGRAMMA. VIII*

SERENISSIMI. PRINCIPIS. AC. DOMINI  
DOMINI  
**FRIDERICI. III**  
DVCIS. SAXONIAE

IVLIAE. CLIVIAE. MONTIVM. ANGRIAЕ. ET. WESTPHALIAЕ  
LANDGRAVII. THVRINGIAE. MARCHIONIS. MISNIAE. PRINCIPIS. COMITIS. HENNE  
BERGAE. COMITIS. MARCAE. ET. RAVENSBERGAE. DYNASTAE  
RAVENSTEINII. ET. TONNAE

AC. PATRIS. PATRIAEE  
LEMENTISSIMI. OPTIMI  
**EXOPTATISSIONVS**  
*MAII. 1500CLVII. RECVRRENS*  
A. POST. MERIDIEM. HORA. IIII  
FRIDERICIANO. GYMNASIO  
PRINCIPEM. PIETATI. CONVENIENTER

BRANDVS. INDICITVR  
ET. SIMVL  
CELLENTISSIMI. ATQVE. AMPLISSIMI  
TQVE. VRBIS. PROCERES  
NATES. MAXIMI  
ASII. SPECTATISSIMI. GRAVISSIMI  
LASTICAE. PATRONI. ET. FAVTORES  
RATISSIMI. AC. DOCTISSIMI  
VT. DVOS  
VERA. MENTIS. NOBILITATE. INSIGNES  
ET. TRES  
NIO. AC. PROBITATE. COMMENDABILES  
IVVENES  
BLICE. DICTVROS  
AC. BENEVOLE. ADVIRE. VELINT  
E. AC. DECENTER. ORANTVR  
A  
GOTTFRIDO. MOERLINO.  
ICIANI. GYMNASII. DIRECTORE  
M. SOCIETATIS. COLLEGA. HONORARIO



ALTENBVRGI. EX. OFFICINA. RICHTERIA.